

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

6 De comparatione virtutum theologicarum adinuice[m].

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](#)

rum intelligibile. Et si quidē esset perfecta consideratio sapientiae respectu sui obiecti, esset perfecta feli citas in actu sapientiae: sed quia actus sapientiae in hac vita est imperfectus respectu principalis obiecti, qđ est Deus: ideo actus sapientiae est quādam inchoatio, seu participatio futuræ felicitatis. & sic propinquus se haber ad felicitatem, quām prudentia.

AD TERTIUM dicendum, qđ sicut Philo dicit in 1. de aīa: * Vna notitia preferunt alteri aut ex eo, qđ est nobiliorum, aut pp certitudinem. Si igitur subiecta sint æqualia in bonitate & nobilitate, illa quā est certior, est major virtus: sed illa quā est minus certa dealitioribus & maioribus preferunt ei, qđ est magis certe in inferioribus rebus. vnde Philo dicit in 2. de celo, * qđ magnū est de rebus cœlestibus aliquid posse cognoscere, etiam debili & topica ratione. Et in 1. de partibus animalium † dicit, qđ amabile est magis, parvum aliquid cognoscere de rebus nobilioribus, qđ multa cognoscere de rebus ignobilioribus. Sapientia igit̄ ad quā p̄tinet Dei cognitione, homini maxime in statu huius vitæ nō potest perficere aduenire, vt sit quasi eius possessor, sed in hoc solius Dei est, vt dicit in 1. Met. * sed tñ illa modica cognitione, quę per sapientiā de Deo haberi potest, omni alij cognitioni p̄fertur.

AD QUARTVM dicendum, qđ veritas & cognitione principiorum indemonstrabilium dependet ex ratione terminorū. Cognitione enim quid est totū, & quid est pars, statim cognoscitur, qđ omne totū est maius sua parte: cognoscere autem rationem entis & nō entis, & totius & partis, & aliorum quā consequitur ad ens, ex quibus sicut ex terminis cōstituitur principia indemonstrabilia, pertinet ad sapientiā: quia ens cōmune, est proprius effectus causæ altissime, scilicet Dei. Et ideo sapientia non solum virtutē principijs indemonstrabilibus, quorum est intellectus, concludendo ex eis, sicut eriam alia scientia: sed etiā iudicando de eis, & disputando cōtra negantes. vnde sequitur, quod sapientia sit maior virtus, quām intellectus.

¶ Super Questionis
66. Articulum
sextum.

ARTICVLVS VI.

Vtrum charitas sit maxima inter virtutes Theologicas.

JN artic. 6. eiusdem
66. quærit. nihil scribi
bendum occurrit,
tanta sum.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, qđ charitas non sit maxima inter virtutes Theologicas.

Cum enim fides sit in intellectu, spes autem & charitas in appetitu, vt supra dictum est, * videtur quod fides comparetur ad spem & charitatem, sicut virtus intellectus ad moralem: sed virtus intellectus est maior morali, vt ex dictis patet. † ergo fides est maior spe & charitate.

¶ 1. Præt. Quod se habet ex additione ad aliud, vt est maius eo: sed spes, vt vñ, se habet ex additione ad charitatem, præsupponit enim spes amorē, vt Aug. dicit in Ench. * Addit enim quendam motū proportionis in rem amatam ergo spes est maior charitate.

¶ 3. Præt. Causa est potior effectu: sed fides & spes sunt causa charitatis. dicitur enim Marth. 1. in glo. †

fides & spes sunt maiores charitate.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit 1. ad Corinth. 13. Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria hæc, maior autem horum est charitas.

RESPON. Dicendum, qđ sicut supra dictū est, * magnitudo virtutis secundum suam specieē cōsideratur

A ex obiecto. cū autē tres virtutes Theologicas respiciant Deū sicut proprium obiectū, nō pōt vna earū dici maior altera ex hoc, qđ sit circa maius obiectum, sed ex eo qđ vna se habet propinquius ad obiectū, qđ alia: & hoc modo charitas est maior alijs, nā alia important in sui ratione quādam distantia ab obiecto. est enim fides de non vñis: spes autē de non habitis, sed amor charitatis est de eo, quod iam h̄: est enim amatum quādammodo in amante, & etiā amans per affectū trahitur ad vñionē amati, pp quod dī 1. Io. 4. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deo in eo.

AD PRIMVM ergo dicendum, qđ hoc modo nō se habent fides & spes ad charitatem, sicut prudētia ad virtutē moralē. & de hoc pp duo. Primo quidē, qđ virtutes Theologicas habent obiectum, qđ est supra aiam humanam: sed prudentia & virtutes morales sunt circa ea, quā sunt infra hoīem. in his autē quā sunt supra hoīem, nobilior est dilectio, qđ cognitione: perficitur. n. cognitione, fm quod cognita sunt in cognoscente: dilectio vero fm quod diligens trahitur ad rem dilectam, id autē quod est supra hoīem, nobilis est in seipso, qđ sit in hoīem: quia vnumquodq; est in altero per modum eius, in quo est econuerso aut est in his, quā sunt infra hoīem. Secundō, quia prudētia moderat motus appetitiū ad morales virtutes pertinet: sed fides nō moderat motū appetitiū tēdētē in Deū, qđ pertinet ad virtutes Theologicas, sed solū ostendit obiectū. Motus autē appetitiū in obiectū excedit cognitionē humanā, fm ilū ad Eph. 3. Supuētē scientiā charitatē Christi.

AD SECUNDVM dicendum, quod spes presupponit amorem eius quod quis adipisci se sperat, qui est amor concupiscentiæ, quo quidem amore magis se amat qui concupiscit bonum, quām aliquid aliud. Charitas autem importat amorem amicitiæ, ad quā peruenit spes, ut supra dictum est. *

AD TERTIUM dicendum, qđ causa perficiēs est potior suo effectu, nō aut causa disponens. sic. n. calor ignis est potior qđ aīa, ad quā disponit materiā: qđ patet esse falsum. Sic autē fides generat spem, & spes charitatem, secundum scilicet qđ vna disponit ad alterā.

D QVAESTIO LXVII.

¶ Super questionis
67. Articulum
primum.

De duratione virtutum post hanc vitam,
in sex articulos diuisa.

EINDE considerandum est de duratione virtutū post hanc vitam.

Et circa hoc queruntur sex.

¶ Primò, Vtrum virtutes morales maneat post hanc uitam.

¶ Secundò, Vtrum virtutes intellectuales.

¶ Tertiò, Vtrum fides.

¶ Quartò, Vtrum remaneat spes.

¶ Quintò, Vtrum maneat aliquid fidei, vel spes.

¶ Sexto, Vtrum maneat charitas.

Infr. art. 2. c.
& ad 1. & 3.
& q. 48. art. 6.
& 2.2. q. 52.
art. 3. ad 3. &
3. di. 33. q. 1.
art. 4. & 4. di.
Infr. 14. q. 3.
art. 3. q. 3. &
virt. q. 5. art.
4.

Vtrum virtutes morales maneat post hanc vitam.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, qđ virtutes morales non maneat post hanc vitam. Prima Secundæ S. Thome. 3 Homines